non recipiendo, nullasq motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciens ac praemissa omnia quibusvis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrae bello conventioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Capitanei Sanocensis atque Drogocka mutuo sese Quietant

Comparentes personaliter coram officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitaneal Premysliensibus Magnificus Georgius Vandalinus de Magna Konczyce Mniszek Sanocensis Szczerzecensis Zgbonecensis Capitaneus ab una et Generosa Alexandra de Kosystro Drogocka olim Generosi Stanislai Drogocki consors derelicta Vidua parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, secum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo, palam, libere publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo prointeresse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem de Intercisis binis inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in ijsd Intercisis contentarum et quidem prima de actu illius hic Praemysliae die decima quarta Augusti Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto pridem praeterito confectae, conscriptae, manibus suis Recognoscentium proprijs ab utrinq subscriptae atq Actis Officij praesentis cum interpositione vadij summae sex decem Millium florenorum polonicalium et damnis 795

Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento taxatis firmiter roboratae atq ad Acta Officij praesentis Feria Quinta post Dominicam Laetare Quadragesimae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo per oblatam porrectae. Altera vero Intercisa itidem inter se ab Utrinq de data Ibidem hic Praemysliae die duodecima Junij Anno non pridem praeterito videlicet Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo nuper transacto confecta conscriptae manibus sui ab Utrinque subscriptae et Actis Officij praesentis cum interpositione Vadij summae Quinque Millium florenorum polonicalium et damnorum Terrestrium simpliciter absq quouis Juramento corporali taxans roboratae earumq Inscriptionibus roboratorijs omnibusq et singulis tam ipsarum Intercisarum quam et earum Inscriptionum Roboratoriarum Conditionibus punctis clausulis articulis Vadio, damnis Terrestribus, ligamentis et nexibus generaliter Universis ob praestitam sibi Recognoscentibus in omnibus ab Utrinq plenariam et sufficientem satisfactionem quietant. Et Intercisas easdem Utrasq tum earum Inscriptiones roboratorias cum omnibus illorum contentis in toto et per omnia cassant mortificant et annihilant praesentibus sibi suisq posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium. Et emittunt, jmittunt liberosq et absolutos perpetuo pronuntiant.

Drogocka Capneum Sanocensem Quietat.

196 Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Generosa Alexandra de Kopystno olim Generosi Stanislai Drogocki consors legitima derelicta Vidua Sana mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus, recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum